UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sermones Fratris Gabrielis Barelete ordinis predicatorum tam quadragesimales: q[uam] de sanctis

Barletta, Gabriel

Parisius, 1507, XXV. Jan.

Dominica in septuagesima. de facilitate bene operandi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69837

Visual Library

¶ Celeberrimi ⁊ omnium excellentiſſimi predicatoris Fratris Gabrielis de bareleta ordinis predicatorum ſacre theologie eximij profeſſoris ſolenniſſimi ſermones feliciter incipiunt.

¶ Dñica in ſeptuageſima De facilitate bene opandi. Sermo aureꝰ.

Voca operarios et redde illis mercedem. Math. xx. ¶ Prouidentia illius ſummi dei q̄uis rationalem creaturam ad ſuam imaginem et ſimilitudinem plaſmauerit ad finem vite eterne et aſſequendam ſuaȝ eternalem predeſtinationen. ſicut ſcribitur ab Aug. et allegatur. in.ij. ſen. diſt.i.c.vi. noluit tñ dare niſi mediantibus precedentibus meritis bonorum opeꝝ ⁊ obſeruatione diuinorum preceptoꝝ. Unde magiſter in ij. di.xx. Sicut eñ ex duplici natura compactus eſt homo: ita illi duo bona a principio cōditor ꝑparauit vnum temporale: alteꝝ eternū: vnū viſibile alteꝝ inuiſibile. vnū carni alteꝝ ſpūi. Et quia primū eſt qđ eſt aiale: deinde qđ ē ſpūale. Tēporale ac viſibile bonū prius dedit. Inuiſibile aūt bonum poſterius dedit. Inuiſibile et eternum ꝓmiſit ⁊ meritꝭ querendum propoſuit. Ille. ¶ Prio natura viſibile dedit bona pñtis vite. Ad qđ O deus feciſti. iiij. elementa. Ad qđ. vij. planetas. Ad quid. ix celos. Certe ꝓpter duo. Prio ꝓpter oſtenſionē diuine potentie. Prouer. xvi. Uniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dñs. Scđo propter vtilitatem hois. Plato in timeo. Bonitas dei cauſa fuit factionis mundi propter hominē. In primo poli. Natura fecit aialia ꝓpter hominē. vñ phūs cōſtrictꝰ eſt dicere in.ij. phy. ⁊.ij. de aia. Finis quodammodo oīȝ eſt homo. In eodeȝ apud grecos hō dicitur microcoſmus.i. minor mundus. Tho. ſup Johā. Triplex ē mundus. Primo magnus. Iſte eſt deus Scđo medius. eſt vita iſta pñs. Minor eſt hō. De primo. In mūdo erat De ſcđo. Et mundus per ipſum ⁊c. De tercio. Mūdus eum non ⁊c. Sequitur. Bonū aūt inuiſibile ⁊ eternum promiſit: ⁊ meritis querendū ꝓpoſuit. Quia mediantibꝰ medijs De quibus Mat. xix. Si vis ad vitā ingredi ſerua ⁊c. Et hierony. ad Euſto. Eterna vita non niſi ꝑ diuinorum mandatoꝝ obſeruationē acqritur. Et Mat. xi. Regnum celoruȝ vim. ⁊c Lactan. in. vij. di. inſti. c. vlt. Exhortatur nos oēs ad operandū eo q̄ iſtis operatoribꝰ imortalia ꝑmia deus parauit. Duȝ inquit ſpūs hos regit artꝰ: infatigabili militia deo militemus. ſtationes vigiliaſq; celebremꝰ: congrediamur cū hoſte quē nouimus fortiter: vt victores ac deuicto aduerſario triumphātes: ꝑmium virtutis qđ ipſe ꝓmiſit: a deo cōſequamur. Ille Et eſculanus nr̄. Qui ſeruit deo puritate cordis: contentus viuit et ſaluꝰ moriť. Si virtutis inchoatio ſenſui. eſt inſuauis Qñ exerceť: vita ſctā oīa ſuperat: iuuat acq̄rit gl'iaȝ ⁊ honorē. Uoca ⁊c.

¶ In quibus vbis ꝓponemꝰ đ ipo bono ope tria myſteria cōtēplāda.

¶ Primum dicitur oppoſitionis.

¶ Scđm dicitur declarationis.

¶ Tercium dicitur excuſationis.

¶ Circa primum queritur vtrū ſit facilius operari bonum q̄ malum. Circa hoc ſūt due opiniones. Una phōꝝ: alia theologoꝝ. Prima phōꝝ q̄. ſ. facilꝰ ſit opari malū q̄ bonū. Fūdamentū huius concluſionis ſumitur a verbis philoſophi. ij. Ethi. Qđ virtꝰ et bonū verſanť circa difficile. Alie practica. Si difficile eſt ieiunare tibi virtuoſo: igiť nō ieiunare qđ eſt vitiū: facile virtus ⁊ bonum ⁊c. Si difficile eſt orare igitur non orare eſt facile. Sic de vigilijs Sic de exercitijs ſpūalibus. Uirtꝰ

bonum ⁊c. Idem in.ij.ethi. Malū
eſt facile: bonum vero difficile. in eo:
dem. Difficile eſt eſſe bonuz. Et Pi
thacras prīus. Perdifficile eſt eſſe
bonum. Et Boñ.iij. di. xxxix. Virt⁹
eſt ꝺ bono ⁊ difficili. Et Ambro. ſup
Beati imaculati: Nulla ſine labore
virtus: qꝛ labor eſt pceſſus virtutꝫ.
Ille. Vñ eſt q maior pars mortaliū
ſequit vitioꝝ viam: ⁊ nō virtutuz:
Rñſio: qꝛ via vitioꝝ eſt facilis: vir:
tutis vero difficilis. Mat. vij. Lata
porta ⁊ ſpacioſa via eſt que ducit ad
perditionē. Et lactā. lib de btā vita
Bonoꝝ natura in arduo poſita eſt.
De qua latitudine Virg. li. vi. Enei.
Facilis deſcēſus auerni: Sed reuo
care gradū ſuperaſq; euadere ad au
ras. Hoc opus hic labor eſt: Ille. Vñ
cōcludūt oēs philoſophantes: q fa
cilius eſt opari malū q̄ȝ bonū: patet
prima opinio. ¶ Secūda opinio eſt
theologoꝝ. Qꝺ facili⁹ eſt opari bo
num per verba ſcripture. Mat. xi.
Iugum em̄ meum ſuaue eſt ⁊ onus
meū leue: ⁊ inuenietis requiem ani
mabus veſtris. Et. i. iohā. v. Hec ē
charitas dei: vt mandata eius cuſto
diamus: ⁊ mandata eius grauia nō
ſunt. Et prouer. iiij. Ducā te p ſemi
tas equitatis: quas cum ingreſſus
fueris nō artabunt greſſus tui. De
qua ſemita: et de qua via Virgi. loq
tur Danti qui volebat reuerti ad p̄:
ſtina pctā. Tu quare reuerteris ad
pctā noxia cur nō ſalis delicioſū vir
tutis montez qui eſt principium et
cauſa tue glorie. Et quidam deuot⁹
vulgaris. Qui ſeruit deo cum puri
tate cordis viuit contentus ⁊ ſalu⁹
obit. vnde patet primum.
¶ Scōm dicitur. ⁊c. Schola theolo
gorum ⁊ doctoꝝ pariſieñ circa iſtaz
materiam ſic diſtinguūt. Hō poteſt
conſiderari in duplici ſtatu. Prio in
ſtatu innocentie. Et quātuz ad hoc
facilius erit opari bonum q̄ȝ malū
Et hoc propter preſentiā iuſticie ori
ginaliſque erat in hoie: ex quo par
tes inferiores iraſcibilis ⁊ cōcupi:
ſcibilis ſubijciebātur rōni. Et ratio
anime. Et aīa deo: Scꝺo cōſiderat
poſt pctm̄. Et hoc duob⁹ modis Aut
quantū ad ſenſualitatē. Aut quātū
ad modū. Si p̄mo modo magis in:
clinat homo ad malū. Et hoc reſpe
ctu carnis infirme. De qua Mat.
xxvi. Caro aūt infirma. Et xij. q. i.
c. i. Oīs etas. Et xx. q. iij. Procliuas
In auten. de monachis. §. triennij
et. §. ſi quis. col. i. Et geñ. vi. Sen:
ſus ⁊ cogitatio cordis humani pna
ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua
Et vt hñt theologi in. iiij. diſt. xvij.
Homo diu ſine veniali eſſe nō pōt
Si ſcꝺo modo. ſ. quo ad rōnem Iteꝝ
oportet duob⁹ modis ipm̄ cōſiderare
Aut eſt habituatus in bono aut in
malo. Si in malo: tunc facilius eſt
opari malū q̄ȝ bonuz. rōne mali ha
bitus: vt dicemus i ſermone de tar
ditate bene opandi. aut habituat⁹
in bono ſic facilius eſt opari bonuz
q̄ȝ maluz. Et hoc quadruplici rōne.
¶ Primo rōne delectationis.
¶ Scꝺo ratione inclinationis
¶ Tercio ratione incitationis.
¶ Quarto ratione promiſſionis.
¶ Ad primā. Vna res tanto eſt fa:
cilis ad obſeruanduz: quāto p illā
quis conſeqt delectationē. Cū ecō
trario dicit vi. ethi. Homo naturalr
fugit triſte ⁊ apetit delectabile. Et
prouer. xvij. Spūs triſtis exiccat oſ
ſa. Homo triſtis non dormit: non qui
eſcit non mandit. Non habet cor ad
deuz eleuatuz: Ad propoſitum. Ex
bona opatione: homo conſeqt ſum:
mam iocunditatē. in. iiij. ethi. Nul:
lus eſt qui non gaudeat bonis operi
bus. in. ix. ethi. Virtuoſoꝝ beatiſſi:
ma ē vita. Tul. de amicitia. Conſci
entia bene acte vite multorūq; bene
factoꝝ recordatio. iocundiſſima eſt
Dicunt veritatē ſeculares. Iſti fres
hñt bonū tps. Veꝝ eſt qꝛ hō poſitus
eſt in gratia dei. vñ Ber. Bona vita
ſemp gaudiū hꝫ. In chronica ordīs

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

legiť de nouitijs bononie: in mēſa
in maximū riſuz prouocatis Dum
a magiſtro arguerent: dixit ei btūs
Dñicus Sine eos: q2 hñt cām ridē
di cum ſint in gratia. vñ virtuoſus
in omi tpe hȝ cām ridendi ꝛ ſolacij
Si cogitat de pterito: gaudet quia
debitū pſoluit. vñ apl's. ij. Corin. i.
Gloria noſtra hec ē teſtimoniū: cō
ſcie noſtre. ſ. ꝙ nō mordeat de pctō
Si de pñti: gaudet q2 eſt in gr͡a dei
ſui. Si de futuro gaudet q2 pmium
ſperat copioſum. Et lȝ aliqñ videať
difficile ꝓpter ſenſualitatē rōni re
bellantem: tñ ſpes premij minuit
vim laboris. qd patet Auctoritate
Figura Exemplo. ¶ Primo aucto-
ritate Ambro. li. offi. Nihil amāti
bus durū ē nullus labor difficilis
amemus ꝛ nos chriſtū: ꝛ difficile vi
debitur facile. Et Tulli⁹ in orōne
ꝓ Bruto. Nihil difficile amāti pu
to. ¶ Scdo figura. De Jacob. Gen.
xxix. Qui. xiiij. ānis ſeruiuit Laban
ſocero ſuo ꝓ habēda vxore Rachel
Sicut qui vellet intrare iardinum
ſiue ortum vnū ad tollendū poma:
non timet ſpinas ꝓpter ſpem illius
comeſtionis. Ad propoſitū hō non
eſtimat tribulationes huius mūdi
qñ ſperat paradiſum. Sen. in li. de
mor. Spes premij: ſolatium ſit la-
boris. Tertio pbať exēplo de no-
uitio in cōuentu Bon. qui patri cō
querebať. Cur patior accidiā ſe-
dēs in cella o pr̄ dñice Rñdit q2 nō
dum vidiſti illam requiē paradiſi
¶ Peccator aūt per oīa iſta triſtať
Si cogitat dolorē ſentit. Si cogi-
tat de preterito obrubeſcit intra ſe
di. O me miſerū qd feci. Nō in me
rito: q2 vt hȝ phūs. ij. methaphiſice
Omne malū erubeſcibile eſt. Que
erubeſcētia ex pctō ꝓceſſit De tali
bus Ro. vi. Quē fructuz habuiſtis
tunc in quibus nūc erubeſcitis Et
Ber. de ſe. Exit⁹ aquarū deducite
oculi mei: deficiat i dolore vita mea
ꝛ anni mei in gemitibus Quē fru-
ctum tūc habui: in quo nunc erube
ſco. ¶ Figura de adam. Ubi es. Uo
cem inquit tuaz audiui: ꝛ timui: q2
nudus erā Preterea ſi cogitat de
pſenti: pctōr dolet: q2 ſtimulať a cō
ſcientia. augu. Peccaui pctm̄ gran
de ꝛ multorꝫ mihi ſum cōſcius pec
catorꝫ Et Augu. in lib. confeſ. Juſſi
ſti dñe et vere ſic eſt: vt pena ſit ſibi
oīs inordinatus affectus. Et lȝ pec
cator videať ridere. tñ int⁹ moleſta
tur a ſtimulo cōſcientie. Te pūgit
pctm̄ ꝛ tranſfigit ꝛ corꝟberat. Ju
uenalis lib. i. ſat. iiij. Nemo mal⁹
felix. Si cogitat de futuro dolet: q2
dānationez eternā expectat. Jdeo
Ber. dicit ſup illo verbo. Luc. xv.
Jn ſe reuerſus. ꝙ peccator in ſe re-
uerſus hȝ quattuor cōſiderare. vbi
fuit. vbi eſt. vbi nō eſt. vbi erit Jlle
¶ Practica. Ubi fuit in peccatiſ. ſ.
dormiēs. hiere. xlviij. Requieuit in
fecib⁹ ſuis. Ubi eſt. ſ. in manu dia
boli. hiere. xvi. Seruietis dijs alie
nis q̄ nō dabūt vobis requiē. Ubi
nō eſt: q2 nō eſt ſcript⁹ in li. vite De
leanť de lib. ꝛc. Quarto vbi erit: q2
in iferno. iuxta illd. Mat. xxv. Jte
maledicti in ignem eternū. vñ pꝫ
prima rō. ¶ Scdo rōne ꝛc. Una eſt
maxima theologorꝫ. ꝙ res tanto eſt
facilis ad opandum quāto natura-
lis. Exēpli grā. De riſu ꝛ fletu. Ad
ꝓpoſitum. Bene facere ꝛ virtuoſe
viuere ē ſm naturā hois: inquātū
ē capax rōnis Tho. i. ij. q. lxxxi. ar.
ij. Pctm̄ ē contra hois naturam in
quantū eſt cōtra ordinē rationis.
Super quo Grego. in homel. Et al
ber. in compēdio: quattuor ſunt ge
nera creaturarꝫ. Quedā eſt creatu
ra que ſimpliciter habet eſſe: vt la
pides: terra: et hmōi: que ſic habēt
eſſe ꝙ nullam habent vitā Quedā
eſt creatura que habet eſſe: ꝛ etiaz
vitam ꝛ aiam vegetatiuam ſed nō
ſenſitiuam vt ſunt arbores flores ꝛ
hmōi Quedā eſt cratura que habꝫ
eſſe viuere: ſentire vt ſunt volucres

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

piſces ⁊ alia aīalia bruta. Quedaꝫ
eſt creatura que habet eſſe: viuere
ſentire: ratiocinari: ⁊ hic ē hō Cui
incumbit ⁊ pertinet operari bonuꝫ
⁊ recedere a malo cū ſit capax rō-
nis: quale intelligit ſtupēdū et ad
mirandum opificium dei. Pctm̄ ꝙ
eſt contra naturam hoīs Si contra
naturam: ergo difficilius ē opari.
vñ tho. ſup illud. In via qua ambu
labas ponit tres vias ad ambulan-
dū. Una dicitur recta. alia obliqua
alia ad retrocedendū. Sed peto a
te o ſocie que eſt facilior. An ire añ
an retro reſpondebis. quia retroire
incedit cū periculo cadēdi i foueaꝫ
vt colluꝫ frangat. Ire lateraliter ni
mis laborat ⁊ facit venire vlcus in
inteſtinis. ad ꝓpoſitū. Quidā erūt
retrograde ſicut obſtinati: quia ad
pctā redeūt. ꝯtra tales. i. Re. ij. Re
cedant vetera de ore veſtro practi-
ca. De vomitu ꝗ cholerā euomit et
iterꝫ reaſſumit O tu qui ꝓmiſiſti pa
tri ſpūali non ampliꝰ redire ad cō-
cubinā. Ad vſuras: ad blaſphe. ad
pctā vetera: via talium eſt difficilis
Dante in primo inferni. In medio
itineris noſtre vite. ſ. xxxv. annoꝝ.
Me repperi in vna obſcura ſilua. i.
vita vitioſa. Quidā eunt peruerſe
qui accidioſe operant̄. Ille accedit
ad confeſſionē. Alius ad ſermōes
ſicut ſerpens ad vocem incātantis
Inuite operat̄. Et ſi non eſſet reſpe
ctus mūdi: ſineret bonū opꝰ Grego.
Amor dei nunꝙ̄ eſt ocioſus. Opat̄
eīn magna ſi eſt. ſi aūt opari renuit
amor non eſt. Exemplū illius noui
tij qui fuit nepos vnius cardinalis
Ingreſſus ordinē groſſa legumina
⁊ male condita comedebat Dum in
terrogaret̄ a cardinali quid come-
diſſet per mltos dies. Fabam inqt
et faſolos. Si qs lancea forarer eiꝰ
ventrem: exirent ſcutelle fabaꝝ et
leguminū. Cui cardinalis video pa
tres ꝙ viuere ſancte eſt res dulcis
Iſte in ſeculo nō poterat edere niſi
delicata: ⁊ ſemper erat triſtis. Nūc
aūt intus hilaris. Cuꝫ practica: de
ciue qui aſſidue audit miſſaꝫ: quia
videret̄ ſibi excōicatus niſi audiret
illam. ſic dico de muliere que cōfi-
tetur omni menſe: ⁊ deuotiōes ſuas
celebrat. vnō ptꝫ ſcōa rō. ¶ Tertio
ratione ⁊c̄. Illud ē facilius ad ope-
randū: ad qḋ per plures incitamur
Ad bene operandū oīa nos incitāt
Et in pñtiaꝝ quattuor inuenio. Pri
mū eſt deꝰ per inſpirationes Apoc.
iij: Ego ſto ad oſtium. Si qs audie
rit vocē meaꝫ ⁊ aperuerit michi ia-
nuam intrabo ad illum ⁊ cenabo cū
illo ⁊ ipe mecum. In hac cena pctōr
debet ponere. tria ſcota. ſ. cōtritiōeꝫ
confeſſionē: ⁊ ſatiſfationē. Et deus
ponet ⁊ ipe. iij. Primo remiſſioneꝫ
culpe. Infuſionē gratie. Collatio
nē glie. Porta tecū ſi vis comede-
re mecū. Quis ad lachrimas ⁊ co-
gnitionē pctōꝝ te conducit. Certe
inſpiratio dei. Scdm eſt angelus ꝗ
eſt cuſtos noſter qui ſemper clamat
auribus peccatoris. O auare O cō
cubinarie ſine pctā Tertium dñs
ſindereſis. De qua Tho. iij. diſtin.
xxxiij. Sindereſis ē quoddā lumē
naturale rōnis. cuiꝰ officiū ē retra
here hoīem a malo ⁊ incitare ad bo
nuꝫ Quartū oīs creatura. hugo de
clauſtro corporis ⁊ anime. Quelibꝫ
creatura trina voce quēlibet alloꝗ
tur Accipe. redde. fuge. Accipe be
neficium: redde obſequiū. fuge ſup
plicium Ille. noli te excuſare: qꝛ oīa
clamant. fac bñ. Nec dyabolus nec
aliqua pura creatura ē cā tui pctī
vt cā directa. ¶ Quarto rōne ꝓmiſ
ſionis: qꝛ ex opatione bona ꝓmittit̄
nobis premiū: ex quo incitamur ad
bñ opandū. Cōmentator. ij. phyſi.
Ex apprehēſione finis ſequit̄ dele
ctatio. ⁊ Mat. v. Merces veſtra co
pioſa eſt ⁊c̄. hiero. Nihil eſt feliciꝰ
chriſtiano: cui ꝓmittunt̄ regna ce-
loꝝ Ad qḋ facit exemplū qḋ ponit
Jacobꝰ de vorag. in chronica Janu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

enſium: q̄ centū milia theutonici de
partibus ſueuie. Et. c. M. gallici de
partibus ſenonēſiū: ducti dulcedie
vini venere in italiam, ⁊ edificarunt
Mediolanum. papiam. bergomum.
brixiam. veronam. ante aduentum
chriſti per annos. ccl. Poſtea romaȝ
ierunt quā obſederunt vſq̄ ad capi⸗
tolium. Romani autē amore patrie
ſagittis ſe defenderunt. ⁊ deficienti⸗
bus chordis. caudas equoꝝ ſcideꝛt
⁊ de ipſis fecerunt funes. Preterea
mulieres capillos proprios totonde
runt: ⁊ chordas fecerūt. Si hoc ege⸗
runt amore huius ſeculi: et patrie ꝑ
prie quanto magis homo pro amore
patrie celeſtis debet inſudare labo⸗
ribus. Ideo Augu. in lib. de ciui. dei
ad hoc ꝓpoſitum ait. Si marcus re⸗
gulus pro zelo patrie ſue: a cartha⸗
ginenſibus eſt occiſus. Si. M. Cur⸗
tius in abruptum terre hyatum ſe ꝓ
iecit ad liberationem patrie. Si
Brutus ⁊ torquatus filios occideꝛt
pro iuſticia ⁊ diſciplina militari con
ſeruandis. Si Seleucus apd̄ locros
dn̄ans filium vno orbauit oculo alte
roq̄ ſeipſum pro adulterio commiſ⸗
ſo vt iuſticia ſeruaret. quare nō ma⸗
gis chriſtiani pro zelo fidei ⁊ amore
dei? hec Aug. de ciuitate dei lib. v.
capit. xviij. Unde patet ſcdm.
¶ Terciū dicitur. ⁊c̄. ſm Alber. ſup
Luc. q̄ntuplici rōne excuſatur aliq̄s
ſi non operatur aliqd̄ opus quibus
non excuſat homo ſi nō bene opat.
¶ Primo ratione periculi.
¶ Scdo rōne impoſſibilitatis.
¶ Tercio rōne ignorantie.
¶ Quarto rōne carentie tēporis.
¶ Quinto rōne irremunerationis.
¶ Primo rōne. ⁊c̄. Exemplum de fa
mulo qui a dn̄o mittit ad aliquē lo⸗
cum periculoſum. rōne huius legiti
me pōt ſe excuſare: q: periculū mor
tis inſtat. Ad propoſitū. Homo non
pōt ſe excuſare legitime: licȝ habeat
vndiq̄ inimicos cū ſit liber ad bonū
⁊ ad malū. ¶ Scdo rōne. ⁊c̄. Nō pōt
ſe excuſare: q: diuina precepta ſunt
leuia. i. Jo. v. Mandata eius grauia
nō ſunt. Et hiero. in expoſitione ſym
boli. Anathema ſit qui dicit deū ali⸗
quid impoſſibile p̄cepiſſe. vbi tho.
xxij. q. xliiij. arti. i. Diuina precepta
reducunt ad duo principalia. Ad di
lectionem dei ⁊ ꝓximi ad que obſer
uanda natura cogit. ¶ Primo dili⸗
gere deū natura cogit. l. iȝ ſi lege. §.
conſuluit. ff. de peti. heredi. Benefa
cienti benefacere debemus. a quo
benefactore omnia bona habemus.
i. coꝛ. iiij. Quid hēs qd̄ nō accepiſti
Et ſcotus in prologo primi ſentent.
Quid rōnabilius q̄ȝ deum ſup omia
diligere: ⁊ proximum ſicut ſeipſum.
¶ Scdo diligere ꝓximū natura co⸗
git cum ſit nobis ſilis. In. viij. ethi.
Similitudo eſt cā amoris. Et Mat.
xxiij. Unus eſt em̄ pater veſter qui
in celis eſt: oēs autē vos frēs. Et. ff.
de legationibus. l. queſitam. Cū int
hoīes cognitionē quandam natura
cōtraxerit cōſequēs eſt hoīeȝ hoī no⸗
cere nephas eē. ¶ Tercio rōne. ⁊c̄.
Si ruſticus ignorat logicā ⁊ philoſo
phiam excuſat. Ruſticas em̄ tali ci
bo non vtit. Ad ꝓpoſitū. Nemo pōt
ſe excuſare: non iudeus: non pagan⁹
non ſaracenus: ſi non bene facit: q:
natura dictat fugere malū ⁊ eligere
bonū. Apuleius de deo ſocratis. Ar
tes alie ſiue ſcientie ignorari pn̄t ſi⸗
ne vituperatione: vt ratio ſaltādi: pin
gendi: ſed neſcire bn̄ viuere nunq̄
audebis dicere ſine pudore. Practi⸗
ca de mulierib⁹ in ſaltādo. ¶ Quar
to rōne. ⁊c̄. Pater non habeo tēpus
Excuſat homo quātuȝ ad hoc. Ad ꝓ
poſitum. Nemo pōt ſe excuſare: quia
habet temp⁹ ⁊. xx. ⁊. xxx. ⁊. xl. annos
habet etiaȝ in hebdomada. vi. dies
pro labore terreno. Saltem diem do
minicum ſcias obſeruare ꝓ anima
tua. In hoc mundo deus dedit nobiſ
magnam copiam tp̄is: ideo vti debe
mus ad bene operandum. vñ ap̄l'us
Dum tp̄s habemus operemur bonum

Ad malum vitandum. Eccl'.iiij. Cō=
ſerua tp̄s ⁊ deuita a malo. et ad ſalu
tem ꝓcurandū.ij. Cor.vi. Ecce nūc
tempus acceptabile: ecce nunc dies
ſalutis. In hoc tp̄e debet q̄libet be=
nefacere priuſq̄ tp̄s pretereat: pri=
uſq̄ mors ſuperueniat: p̄uſq̄ mors
derelinquat. In iudicio autem erit d̄
tempore rō̄ reddenda. Tunc em̄ deꝰ
omne tempus noſtrum accipiet. ⁊ ſe
cundū illud nos examiabit ⁊ iudica
bit. Ber. Om̄e tēpus nobis impenſū
requiret a nobis qualiter ſit expen=
ſum. Ideo ſancti diligenter cauēt ne
amittant modicuȝ quid de tp̄e. vnde
Auguſt. lib. confeſ. accuſat ſe coram
deo: de hoc q̄ araneas muſcas capi
entes aliqñ libēter vidit. Et de hoc
q̄ viam tranſiens. vidit libenter ca=
nes leporem inſequentes. Ideo aūt
ſe accuſat de his: ñ q̄ in his pctm̄ ſit
ſed q2 tp̄s ibi occupauit: qđ medita=
tionibus debebat expendere. In in=
ferno erit magna charistia d̄ tēpore
Apoc. x. Angelus iurauit p viuētē
in ſcl'a: q̄ tempus amplius non erit:
ſcȝ penitendi. Si dāṅati poſſent ha
bere aliqđ momētum tp̄is: charius
eis eſſet q̄ ſi totū mundū lucrarent=
tur. Seruādum eſt ergo qđ dicitur.
Eccl's. ix. Quodcūq̄ pōt manus tua
inſtanter operare. Ad ꝓpoſitū. No=
lite excuſare q̄ deficiat tempus.

¶ Quinto rōne. ⁊c. Qñ quis non p̄=
miatur de labore ſuo excuſat. Ad ꝓ
poſitum. Quantū ad hoc non excu=
ſatur homo: q2 premiat vltra condi=
gnum. Ro. viij. Non ſunt condigne
paſſiones huius tp̄is. ⁊c. Aug. Opꝰ
cum fine: merces ſine fine. Exem=
plum patris dominici. Quadam die
in chriſto exiſtens poſt ſacramenti e
leuationem eleuatus in extaſi: cla=
mauit. Agamus bona fr̄es: q2 maxi
ma premia pro laboribus noſtris p̄=
parantur. qđ bonum: qđ premiuȝ eſt
hoc pater Dominice? Maximū bo=
num: bonum quietum: bonum per=
fectum: bonum amabile: bonum ſe=
paratum ab omni malo: bonum in=
deficiens: bonum excedens oīa tem
poralia ꝯmoda oblectamenta ⁊ deli
cias iſtiꝰ mundi. O ſurdi: O ſtulti ⁊
tardi corde ad credenduȝ: non ſit vo
bis difficile operari bonuȝ: non vos
terreat aſpera virtutuȝ ſemita. Eſto
te conſtantes ⁊ fortes ad benefaciē
dum et audire merebimur illaȝ vo
cem benigni ieſu: mat. v. Merces
veſtra ⁊c.

¶ Dominica in ſexageſima. De au
ditione diuini verbi Sermo. ij.

Semē eſt ver
bū dei. Lu. viij. Inter
omia mirabilia et ſtu
penda dei opa in hoc
mundo: excellentiſſi=
ma vocari poteſt ſua clemētia: qua
miſerrimus nephandus. propha=
nus et ſceleſtus peccator de iniuſto
efficitur iuſtꝰ. De lupo rapace ⁊ le
one feroci efficitur bonus ſeruus ⁊ le
ſu chriſti. Ber. ſuper Cañ. Dñe dñs
noſter q̄ admirabile eſt nomen tuū
in vniuerſa terra. Quid eſt homo
quia innotuiſti ei aut filius homi=
nis: q2 reputas euȝ? Denique mittis
ei vnigenitum tuum immittis ſpiri=
tum tuum: ꝓmittis vultum tuum. et
ne quid vacet in celeſtibus ab ope=
re ſollicitudinis: illos etiam bea=
tos ſp̄us ꝓpter nos mittis in mini=
ſterium noſtrum. Ille. ¶ De primo
beneficio. Johan. iij. Sic deus dile=
xit mundū: vt filiuȝ ſuum vnigeni
tum daret. De. ij. Johā. xvi. Mittaȝ
eū ad vos. De. iij. Exo. xxxiij. Oſten
dam aūt tibi omne bonum. De. iiij.
p̄s. Angelis ſuis deus mādauit de
te vt cuſtodiant te in omnibus vijs
tuis: Idō Sap. xij. dicit. Cum ma=
gna reuerentia diſponis nos. Miſe
rie famis ⁊ ſitis. ꝓuidit de cibarijs
⁊ potibꝰ varijs. De pane Sap. xvi.
Panem de celo preſtitiſti eis. De vi
no Canti. v. Bibite vina ⁊ inebrie
mini chariſſimi. Miſerie nuditatis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN